

## Band IV., Nr. 1146, Seite 209-212

*Abt und Konvent von Maulbronn ertauschen von Marquard von Bretten und seinen vier Söhnen alles, was diese in Knithlingen besitzen, gegen ihren Bauhof in Weissach unter näher hinzugefügten Bedingungen und unter genauer Beschreibung der Grenzen der vertauschten Besitzungen.*

Maulbronn, 1250. Januar 5.

In nomine domini. Amen. Pateat universis, tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, quod venerabilis Bertholdus abbas et conventus monasterii de Mulinbrunne, Cysterciensis ordinis, Spirensis dyocesis, quandam permutationem quarumdam possessionum fecerunt cum Marquardo de Brethem milite et filiis suis, Theoderico, Marquardo, Bertholdo, Alberto, utriusque parcium commodam et placentem, mediantibus viris discretis, sapientibus et honestis, videlicet Wernhero decano de Knuthelingen, Heinricho seniore de Enzeberc, Geroldo de Howenstein, Hagenone de Dalheim, Gebhardo de Malmesheim. Itaque dicti Marquardus et filii sui omnia, que possidebant in inferiori villa de Knuthelingen, superiori vel media, cum omnibus attinentiis suis, videlicet agris, cultis et incultis, pratis, vineis, silvis, pascuis, aquis et aquarum decursibus, piscationibus, venationibus, molendinis, viis et inviis, itibus, redditibus, bosco et plano et nichilominus quod vulgo dicitur gesuth et vngesuth, hominibus exceptis illis, quos in superiori villa communes vocabant, insuper advocatiis, decimis, censibus, forefactis, servitiis et angariis, sive pertinentiis aliis universis, quocumque nomine censeantur, quoad ius proprietatis contulerunt abbati et fratribus monasterii de Mulinbrunne prout ad ipsos spectabant, in perpetuum possidenda, illud etiam sane tam predictus M(arquardus) quam sui filii memorati coram mediatoribus prelibatis firmiter ac fideliter promittentes, quod tam ipsi quam ipsorum posteritas ipsis legitime successura nulla bona ad quemcumque pertinentia in villis Knuthelingen antedictis sub tytulo emptionis, concambii seu feodi vel alio quocumque modo nullatenus compararent, nisi abbas et conventus monasterii prelibati prius consenserint in hoc ipsum et ipsis ad hoc nichilominus faciendum consentaneas expresserint voluntates. In quorum bonorum refusionem receperunt a fratribus dicti monasterii grangiam ipsorum que vocatur Wizach cum omnibus iuribus suis atque pertinentiis universis. Et quia bona de Knuthelingen utiliora sunt estimata, quam illa de Wizach, ideo fratres de Mulinbrunne in recompensationem defectus huiusmodi refuderunt dictis M(arquardo) et filiis suis sexcentas sexaginta marcas argenti preter duas, pro marca qualibet quinquaginta quinque solidis Hallensium exsolvendis. Sane cum sepredicti M(arquardus) et filii sui quedam dictorum bonorum de

Knuthelingen tenerent in feodo a nobilibus viris de Roswach, ne ipsis nobilibus occasione permutationis huiusmodi deperiret aliquid in iure suo, bona de Wizach loco bonorum de Knuthelingen ab ipsis in feodum receperunt et debitum sicut prius fidelitatis homagium prestiterunt eisdem. Dicti vero nobiles propter gratiam et favorem, quem ipsi et progenitores eorum tenuerunt ab antiquo cum fratribus monasterii prelibati, renuntiaverunt omni prorsus actioni, quam ipsi vel eorum posteritas ratione domini predictorum bonorum de Knuthelingen essent in posterum habituri, ab omni tytulo feodali vel nota ipsa bona votis concordibus absolventes, sicut patet per publicum instrumentum eorum super hoc specialiter exaratum et ipsorum sigillis fideliter communitum. Preterea cum de limitibus et quibusdam intricacionibus terminorum, quos ex approbata consuetudine marcham sive bannum consuevit vulgaris antiquitas appellare, soleat e vicino frequenter inter vicinos dissensionis altercacio suboriri, provida fuit a partibus deliberatione provisum, ut termini predictorum bonorum de Knuthelingen et de Wizach<sup>1</sup> limitati, prout in sortem parcium transierunt, per metas distinctas ad presentium atque futurorum noticiam devenirent, unde, sicut tunc ipsa bona per arbitros, qui de consensu parcium ad hoc assumpti fuerant, per limites sunt distincta, sic etiam et metarum vocabula presenti pagine sunt inserta. De possessionibus in Knuthelingen, que sepedictis M(arquardo) et filiis suis ad fratres de Mulinbrunne per concambii derivationem descenderant, sunt isti termini sive marcha: a Marsbrunne waeusque ad pontem lapideum et deinde usque ad fontem qui dicitur Grawenbrunne, sive longe fuerit sive prope, cum universis, que in superioribus sunt descripta. Porro termini de Wizach sunt isti: videlicet inter Wizach<sup>2</sup> et Salzach<sup>3</sup> ab occidentali parte vie que ducit de Salzach in Wizach a trunco exusto incipit prima meta; inde proceditur directe versus orientem ad montem qui vocatur Schulberc, ubi lapis est positus ad orientalem plagam cuiusdam quercus que siccam habet quercum aliam in eadem radice, et hec est meta secunda; inde proceditur ad quandam pirum sine lapide, que pirus est ad orientem aliquantulum inclinata, deinde ad lapidem quendam, ad partem aquilonis cuiusdam aridi trunci, postea ad lapidem positum in parte orientali cuiusdam aridi trunci, inde ad lapidem quendam positum in trivio, postea ad lapidem sub pede montis Schulberc, deinde ad truncum situm inter iuncos, inde proceditur ad ascensum montis Schulberc ad quercum, que ad

<sup>1</sup>Weissach muss hier doch der Name eines dereinst in der Gegend von Knittlingen Freudenstein, Hohenklingen und Maulbronn gelgen gewesenenes Ortes sein, zumal da der in der Urkunde als nachbarlich genannte Schulberg sicherlich mit dem heutigen Scheuelberg auf der Gemarkung Maulbronn in Beziehung zu setzen ist und noch jetzt der von Freudenstadt nach Knittlingen fließende Bach Weissach heißt.

<sup>2</sup>Name eines Baches.

<sup>3</sup>Name eines Baches.

### III

occidentem aliquantulum est reflexa. Si vero per negligentiam hominum sive malitiam vel ex longinquitate temporis ipsa signa metarum in parte vel in toto contigerit dissipari, hec tamen erit fidelis, constans et perpetua distinctio terminorum a prima meta parum superius comprehensa, qua directe proceditur usque ad montem Schulberc, ita sane quod partem ipsius montis in lateribus aquilonis filii Marquardi et eorum legitime successura posteritas in sortem sue possessionis accipiant et montis tamen planitiem non ascendant. Ut autem iste contractus firmiori certitudine fulciretur, petierunt utrimque super hoc presens instrumentum conscribi ac in testimonium evidentie plenioris sigillis domini H. Spirensis electi et imperialis aule cancellarii, capituli maioris ecclesie Spirensis, Rûdolfi illustris marchionis de Baden, abbatis de Mulinbrunne, quo totus conventus monasterii est contentus, et Marquardus de Bretheim et filii sui cum sigillo Wernheri decani de Knuthelingen et H. senioris de Enzeberc, que etiam presentibus sunt appensa, cum propria non habeant, comuniri. Testes permutationis sive contractus huiusmodi sunt isti: Bertoldus abbas, sub quo hec facta sunt, Cûnradus prior, Godefridus cellerarius maior et totus conventus monasterii de Mulinbrunne, Wernherus decanus de Knuthelingen, Heinricus plebanus de Eberdringen, Heinricus senior de Enzeberc et duo filii sui, Heinricus et Cûnradus, Heinricus iuvenis de Nieuern, Hageno de Dalheim, Reimboto frater ipsius, Geroldus de Howenstein, Reinhardus de Liebencella, Wolframus iunior de Ossenberc, Gebehardus de Malmesheim, Marquardus senior de Bretheim et quatuor filii sui Theodericus, Marquardus, Bertoldus et Albertus, et alii quam plures.<br> <br> Acta sunt hec in claustro Mulinbrunne, in vigilia Epiphanie domini nostri Ihesu Christi, eiusdem incarnationis anno millesimo CC<sup>o</sup>. quinquagesimo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An Seidenschnüren von verschiedener Farbe (die erste und fünfte rot, die zweite, vierte und sechste grün, die dritte rot und weiß) hängen sechs Siegel aus braunem Wachs, von denen namentlich die vier ersten beschädigt sind. Das erste, spitzovale ist das Siegel des erwählten Bischofs von Speyer, dessen Siegelbild einen stehenden Geistlichen zeigt, der ein Buch vor die Brust hält. Von der Umschrift noch erhalten: + *Sigillum* HEINRICI EL . . . . SIS. Das zweite, nur noch in Bruchstücken vorhandene Siegel ist dasjenige des Domkapitels zu Speyer. Es zeigt die auf einem einfachen Stuhl sitzende Himmelskönigin Maria mit dem Jesuskind auf der Linken und dem Lilienstengel in der Rechten. Das dritte, bis auf einige Teile der Umschrift ziemlich gut erhaltene, grosse runde Reitersiegel zeigt den Markgrafen im geschlossenen Topfhelm und bis an die Knie reichenden Waffenrock, den Fuß im Bügel, auf rechts galoppierendem Pferd sitzend, rechts die empor gerichtete, im Bogen hinter dem Helm zurückflatternde,

## IV

in drei Zipfel auslaufende Fahne, links ziemlich waagrecht einen großen dreieckigen Schild, auf dem ein rechter Schrägbalken; das Pferd hat keine besondere Ausrüstung. Umschrift: + . *Sigillum* . RVDOLFI . MARCHION . . . E VERONA (M und E gerundet). Das vierte ist das Siegel des Abts von Maulbronn mit einem stehenden Abt, in der Rechten den Stab, in der Linken ein aufgeschlagenes Buch, mit der Umschrift + S ABBAS IN MVLEBRVNEN. Das fünfte spitzovale Siegel zeigt einen, von einem Heiligenschein umgebenen Kopf mit der Umschrift: + *Sigillum* W DECANI IN CNVTTELINIGI(n). Das sechste, schildförmige Siegel hat einen Fingerring mit einem Stein darauf und die Umschrift: + SIG . LL . . HEINRICI . DE NEVERIN (das erste, zweite und vierte E gerundet).

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

A 502 U 929

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Maulbronn

### Aussteller:

Berthold; Abt von Maulbronn Maulbronn; Konvent

### Ortsindex:

Bad Liebenzell Wohnplatz (6775) <br> Bad Liebenzell, CW <br> Bretten Wohnplatz (5295) <br> Bretten, KA <br> Eberdingen Wohnplatz (944) <br> Eberdingen, LB <br> Enzberg Wohnplatz (7061) <br> Enzberg, Mühlacker, PF <br> Hohenstein Wohnplatz (895) <br> Hohenstein, Bönnigheim, LB <br> Knittlingen Wohnplatz (7037) <br> Knittlingen, PF <br> Malsheim Wohnplatz (185) <br> Malsheim, Renningen, BB <br> Maulbronn Wohnplatz (7043) <br> Maulbronn, PF <br> Niefern Wohnplatz (7091) <br> Niefern, Niefern-Öschelbronn, PF <br> Ochsenburg Wohnplatz (2296) <br> Ochsenburg, Zaberfeld, HN <br> Roßwag Wohnplatz (1126) <br> Roßwag, Vaihingen an der Enz, LB <br> Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD <br> Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203) <br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361) <br> Schwäbisch Hall, SHA <br> Speyer, SP <br> Talheim Wohnplatz (2214) <br> Talheim, HN